A. D. 1912. N^RUS V.

CURRENDA

S. CONGREGATIO RITUUM

1.

DECRETUM

DE SIMPLICIBUS ANTIPHONAS PROPRIAS HABENTIBUS.

Insequentia dubia, quoad Antiphonas et Psalmos ad Laudes, iuxta novas Rubricas, in quibusdam Festis ritus simplicis et in Officio S. Mariae in Sabbato recitandos, Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna solutione proposita fuere; nimirum:

I. An in Festis simplicibus, quae habeant ad Laudes Antiphonas proprias ex alio Festo desumptas, ut in Festo S. Agnetis secundo, ad Laudes dicendi adhuc sint Psalmi de Dominica cum Antiphonis Festi simplicis; vel potius Antiphonae et Psalmi de Laudibus Feriae occurrentis, et a Capitulo et deinceps de Festo simplici?

II. An in Officio S. Mariae in Sabbato ad Laudes dicendae sint Antiphonae ipsius Officii cum Psalmis Dominicae; vel potius Antiphonae et Psalmi de Sabbato occurrente, et a Capitulo et deinceps de S. Maria?

Et Sacra eadam Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, ad utrumque dubium respondendum censuit:

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Atque ita rescripsit die 26. Ianuarii 1912.

2.

DECRETUM

DE QUIBUSDAM FESTIS DIEBUS DOMINICIS HUCUSQUE AFFIXIS.

Quum ex novis Rubricis Festa diebus Dominicis affixa, nisi sint Festa Domini aut duplicia primae vel secundae classis, amplius in ipsis celebrari nequeant; Sacra Rituum Congregatio, attentis etiam Praescriptionibus Temporariis memoratis Rubricis adiectis, insequentes declarationes evulgare censuit:

1. Festum Commemorationis Omnium Ss. S. R. E. Summorum Pontificum in locis, quibus idem Festum, sub ritu duplici minori vel maiori, pro Dominica prima libera post Octavam Ss. Apostolorum Petri et Pauli iam concessum est, adhuc celebrari licet die prima mensis Iulii fixe adsignata.

2. Item Festum Commemorationis Ss. Reliquiarum in locis, quibus idem Festum pro aliqua Dominica, sub ritu duplici minori vei maiori, iam indultum est, in posterum celebrari adhuc potest die quinta mensis Novembris fixe adsignata.

3. Si aliquod Festum Ecclesiae Universalis, sive Beatae Mariae Virginis, sive Sanctorum, sub ritu duplici minori vel maiori alicubi die Dominica concessum fuerit celebrari, amodo in die sua omnimo reponendum est.

Atque ita rescripsit die 9. Februarii 1912.

3.

PLURIUM DIOECESUM.

DUBIA VARIA.

A nonnullis Rmmis locorum Ordinariis insequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi, pro opportuna solutione, proposita fuerunt; nimirum:

I. Festa Beatae Mariae Virginis aut Sanctorum, Dominicis affixa, et a locorum Ordinariis in perpetuum simplificata, impediuntne recitationem Suffragii ad Laudes et Vesperas, Precum ad Primam et Completorium, Symboli Athanasiani ad Primam et tertiae Orationis in Missa?

II. Quando in Dominica occurit Festum Beatae Mariae Virginis perpetuo a locorum Ordinariis simplificatum, conclusiones Hymnorum et Versus Responsorii brevis ad Primam eruntne de ipsa Beata Virgine, ad normam Decreti in una *Romana et aliarum*, diei 30. Decembris 1911. ad I-um?

III. Si Festum duplex secundae classis in Dominicam incidat, et commemorandum sit Festum aliquod simplificatum, quod per se habeat Praefationem propriam in Missa, vel occurrat infra octavam aliquam similiter Praefationem propriam habentem, legendane est Praefatio de Trinitate, vel potius Praefatio propria Festi simplificati, aut Octavae?

IV. Quum ex novis Rubricis Primae Vesperae de Dominica infra Octavam Epiphaniae, nisi Epiphania ipsa venerit in Sabbato, integrae amodo de ipsa Dominica dicendae sint, ultimus harum Vesperarum Psalmus eritne *Laudate Dominum*, ut in primis Vesperis, vel potius *In exitu Israël*, ut in secundis Vesperis?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Affirmative in omnibus.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad IV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 9. Februarii 1912.

4.

DUBIA.

Ad Sacram Rituum Congregationem pro opportuna solutione sequentia dubia delata sunt, nimirum:

I. Decurrente anno 1912, Dominicis diebus, in quibus, iuxta Praescriptiones temporarias, Missa lecta celebrari potest vel de Festo duplici maiori vel minori occurrente, vel de Dominica, utendumne est in Missa de Dominica colore a Kalendario pro Festo occurrente indicato?

II. Anno proximo 1913 Dominica in Septuagesima occurrit die 29 Ianuarii, anticipari propterea debet Dominica II. post Epiphaniam. Quum autem in Kalendario Universali singuli dies hebdomadae impediantur Festis ritus duplicis, praeterquam dies 16., in qua occurrit Festum ritus semiduplicis, et in permultis Kalendariis particularibus nulla dies libera sit a Festo ritus duplicis; quaeritur an Dominica praedicta in Kalendario Universali anticipanda sit per integrum officium, ut antea, die 16 Ianuarii, et in Kalendariis particularibus per simplicem commemorationem die 18 Ianuarii?

III. Quum ex Praescriptionibus temporariis facta sit locorum Ordinariis et Superioribus Regularium facultas expungendi a proprio Kalendario Festa B. M. V. aut Sanctorum, ritus duplicis maioris aut minoris Dominicis diebus assignata; quaeritur, an ipsi eadem gaudeant facultate quoad festa fixa particularia a S. Sede indulta, quin necesse sit ad S. R. C. recurrere?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. *Negative;* et Missa Dominicalis sicut et Missa ferialis colorem sibi proprium iugiter servet.

Ad II. Officium Dominicae II. post Epiphaniam impeditae amodo anticipetur in Sabbato, aut in alia praecedenti Feria, in qua occurrit Festum ritus semiduplicis. Quod si nullum Semiduplex infra hebdomadam habeatur, anticipetur in Sabbato, aut in alia praecedenti Feria, occurrente etiam Festo ritus duplicis minoris.

Ad III. *Negative* et in singulis casibus ad S. Rituum Congregationem negotium deferatur.

Atque ita rescripsit, die 2 Martii 1912.

5.

STRIGONIEN.

DUBIA.

I. Rubrica Tit. X. n. 3. iuxta recentem Constitutionem *Divino afflatu,* colorem Dominicae proprium retinendum iubet, etiam si Dominica infra aliquam Octavam occurrat. Quia vero Rubrica Generalis Missalis Tit. XVIII., n. 4, colore

viridi utendum esse praescribit ab Octava Pentecostes usque ad Adventum; quaeritur, utrum Dominica II. post Pentecosten, nempe infra Octavam Ssmi Corporis Christi, color viridis, an albus, usurpandus sit?

II. Quum anno proximo 1913 post Octavam Epiphaniae immediate sequatur Dominica Septuagesimae, queritur, utrum Festum Ssmi Nominis Iesu transferri debeat, iuxta recentem disciplinam, in diem immediate sequentem; vel potius, ad normam veteris privilegii memorato Festo concessi, in diem vigesimam octavam Ianuarii?

III. Festum Sanctae Familiae Iesu, Mariae, Ioseph, quod pluribus locis sub ritu duplici maiori concessum est, recensendum ne est inter Festa Domini, ita ut praevaleat Officio minoris Dominicae post Epiphaniam recurrentis?

IV. Et quatenus *affirmative* ad praecedentem quaestionem, quid agendum de Festo Sanctae Familiae, quando Dominica tertia, iuxta computum civilem, post Epiphaniam occurrit in Dominica Septuagesimae aut Sexagesimae?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurato examine perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam; et in Dominicis infra Octavas occurrentibus color Octavae adhibendus est, quando in ipsis Officium non de Psalterio sumitur, sed de Octava.

Ad II. Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Festum Sanctae Familiae ad instar simplicis redigendum est, quando occurrit in Dominica privilegiata.

Atque ita rescripsit, die 9 Martii 1912.

6.

DECRETUM

SEU DECLARATIO SUPER NOVIS RUBRICIS.

Novis dispositionibus a Sancta Sede evulgatis, ad S. Rituum Congregationem pro opportuna solutione insequentia dubia delata sunt; nimirum:

I. Quum in novis Rubricis unicum praescribatur Suffragium de Omnibus Sanctis, in quo mentio fit de Sancto Ecclesiae Titulari; quaeritur, quid faciendum in Ecclesiis habentibus pro Titulo aliquod Domini Mysterium?

II. An Suffragium de omnibus Sanctis locum habeat in Vigilia Omnium Sanctorum, quando de ea fit Officium aut Commemoratio in Officio semiduplici?

III. An versiculus *Oremus et pro Antistite nostro N.* cum suo responsorio, nuperrime inter Preces feriales insertus, dicendus sit etiam ab Episcopis Titularibus cum pronunciatione nominis Episcopi Dioecesani?

IV. Num idem versiculus dicendus sit a Missionariis cum pronunciatione nominis Vicarii Apostolici, aut Praefecti, aut Praelati?

V. Quum in Feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II. Rogationum et in Vigiliis, in quibus occurrat Officium ritus duplicis maioris seu minoris aut semiduplicis, Missae privatae dici possint, ex dispositione novarum Rubricarum, vel de Festo cum commemoratione Feriae aut Vigiliae, vel de Feria aut Vigilia cum commemoratione Festi; quaeritur, an in hac Missa de Feria aut Vigilia adiungenda sit tertia Oratio pro diversitate temporis?

VI. Quae Praefatio usurpanda est in Duplicibus II. classis Praefationem propriam non habentibus, quando occurrunt in Dominica minori et simul in die Octava alicuius Festi Domini, aut B. M. V., aut Apostolorum?

VII. Quando Officium Dominicae II. post Epiphaniam, ad normam Decreti diei 2. Martii currentis anni, anticipatur die decima sexta Ianuarii, occurrente etiam die infra aliquam Octavam, huius Octavae Commemoratio fierine debet in Officio eiusdem Dominicae anticipatae?

VIII. Et quatenus affirmative, adiungine debet Suffragium ad Laudes et Preces ad Primam?

IX. Quando Officium alicuius Dominicae infra hebdomadam anticipatur, Psalmi feriales in Laudibus primo vel secundo loco sumendi sunt?

X. Utrum suppressa censenda sit facultas adiiciendi in Missa orationes usque ad septem in simplicibus et ferialibus per novas Rubricas, quae collectas excludunt, quando habetur quarta oratio?

XI. Utrum Collectae, si fuerint duae, ambae adiiciendae sint post tertiam praescriptam orationem; an una tantum?

XII. Quum quibusdam Dioecesibus, necnon Ordinibus aut Congregationibus Religiosis, Indultum a S. Sede concessum fuerit quaedam Officia particularia semel aut pluries in mense aut in hebdomada, imo etiam singulis anni diebus, exceptis solemnioribus, celebrandi; ex. gr. SSmi Cordis Iesu, B. M. V. Immaculatae, etc. sive sub ritu semiduplici, sive etiam sub ritu duplici minori aut maiori, ita ut videantur non officia Votiva, sed quasi Festiva; quaeritur, an ista Officia comprehendantur inter Officia Votiva, quae a novis Rubricis (tit. VIII, num. 1) suppressa declarantur?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, audita sententia Commissionis Liturgicae, reque sedulo perpensa, rescribendum censuit:

Ad I. Nihil in casu fiat de Titulo.

Ad II. Negative.

Ad III. Episcopos Titulares non teneri.

Ad IV. Negative, nisi eadem nomina in Canone Missae, ex Apostolico Indulto, pronuntientur.

Ad V. Si Officium ritus duplicis recitatum fuerit, negative; si vero ritus semiduplicis, affirmative.

Ad VI. Adhibeatur Praefatio, quae dicenda foret in Missa de Dominica.

Ad VII. Affirmative.

Ad VIII. Negative.

Ad IX. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad X. Negative.

Ad XI. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.
Ad XII. Affirmative.
Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 22. Martii 1912.

Fr. S. Card. Martinelli, *Praefectus.*

L. † S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius.*

Kongres eucharystyczny we Wiedniu.

We Wiedniu, dnia 12, 13, 14, 15. września b. r. odbędzie się międzynarodowy Kongres Eucharystyczny.

Kongresy Eucharystyczne są wspaniałą manifestacyą wiary w dzisiejszych spoganiałych i zobojętniałych czasach. Niejedna wioska, niejedno miasto czy miasteczko, nie jeden naród — ale narody całe przez swoich reprezentantów biorą udział w takim Kongresie. Wszyscy więc bez względu na język, na pochodzenie, prześcigają się wzajemnie w czci i kulcie Najśw. Sakramentu. Wszyscy się w takim Kongresie łączą, by złożyć hołd myśli i serca Chrystusowi Utajonemu w najgłębszej Tajemnicy naszej wiary.

Jakżeż wspaniały to hołd! Jakże przecudna i przepotężna to manifestacya! Jaki to odwet i jakie wyrównanie naszemu Panu i Bogu za ducha niewiary, za zniewagi, za wrogie usposobienie przeciw Niemu! Jakie to potężne stwierdzenie w oczach wrogów i całego świata, że Chrystus jednak żyje i działa w sercach sobie oddanych, że chrześcijanizm jest zawsze żywą i działającą potęgą miłości. Jakie to pokrzepienie dla wszystkich uczniów Chrystusowych, jakie to duchowe wzmocnienie widzieć narody całe okalające wieńcem wiary i miłości tron Eucharystyczny. Jakie to wzbogacenie miłości Najśw. Sakramentu uczestniczyć w naradach, które mają na celu podnieść kult Najśw. Sakramentu, z którego spływa na nas wszelka łaska i życie.

Dlatego, Najmilsi, odzywamy się dziś do Was z gorącem wezwaniem, byście w tym Kongresie jak najliczniejszy udział wzięli.

Jeśli na Kongres spieszyć będą ludzie z najdalszych części świata, mimo ogromne odległości, mimo dzielące oceany — to tembardziej myśmy się jawić winni, my którzy mamy tak blisko do stolicy monarchii, w której w tym roku ma się odbyć Eucharystyczny Kongres. Jeśli spieszyć będą tam reprezentanci narodów możnych i bogatych, to jawmy się najliczniej my, których głównem bogactwem i główną siłą są skarby wiary i ducha.

Spieszmy więc na ten Kongres, by się duchowo pokrzepić, umocnić, odnowić; spieszmy, by się do Chrystusa Eucharystycznego przybliżyć i głębiej w tajemnicę Jego życia wniknąć. Spieszmy, by się wzbogacić w postanowienia praktyczne, które zapewnią Eucharystycznemu Chrystusowi większy wpływ na nasze życie osobiste, życie rodziny i życie społeczne. Spieszmy dlatego, byśmy w chórze narodów nie mieli tylko miejsca z łaski, lecz by pobożność nasza raczej, po ludzku mówiąc, górowała i wyprzedzała innych, byśmy budowali wiarą.

Obchód Eucharystyczny łączy się z pamiątką oswobodzenia Wiednia, jak podniósł to w przepięknem swem przemówieniu Kardynał-Arcybiskup Wiedeński i właśnie dlatego obrał na obchód ten czas, ażeby Kongres połączyć z pamiątka wielkiego zwycięstwa chrystyanizmu. I podniósł on publicznie pamięć królą Jana Sobieskiego, który z wyżyn Kahlenbergu rozgromił pohańce.

Oto nowa i osobna jeszcze dla nas pobudka, byśmy najliczniej w Kon-

gresie tym uczestniczyli. Główny nasz cel to duchowny pożytek, ale i wspomnienie tej pamiątki zwycięstwa musi nas napełniać dumą szlachetną i winno nam zależeć na tem, byśmy się godnymi okazali potomkami tego króla, który wiedzion był do zwycięstwa instynktem i natchnieniem wiary bardziej nieomal, aniżeli jakimi widokami ziemskimi i politycznymi.

Czyż w naszych trudnościach, w naszych różnolitych uciskach nie jest zarazem wspomnienie takie pokrzepieniem i utwierdzeniem nadziei, chociażby przeciw wszelkiej nadziei? W przywiązaniu i miłości Jezusa Chrystusa tkwi tajemnica naszej siły duchowej, ale zarazem i narodowej. Dlatego, Najmilsi, dla tych wszystkich pobudek razem nie żałujcie tego czasu, tego kosztu, jaki na podróż wydacie. Oceńcie należycie wartość i doniosłość tego Kongresu; kto tylko może, kogo tylko stać na to, niech przybywa, by utwierdzić się we wierze, wzmocnić się i rozrosnąć w miłości a pokrzepić w nadziei.

Gdyby zaś kto nie mógł przybyć na Kongres, niech przynajmniej weźmie udział w nabożeństwach w kraju w tym samym czasie zarządzonych, których program szczegółowy będzie ogłoszony.

* * *

Szkic Programu dla Sekcyi Polskiej jest następujący:

We czwartek, dnia 12. września od godz. 10. do 12. posiedzenie Sekcyi Polskiej. O godz. 8. wieczorem uroczyste błogosławieństwo z polskimi śpiewami i kazaniem jednego z Księży Biskupów w kościele św. Michała.

W piątek, dnia 13. ten sam porządek, co dnia poprzedniego.

W sobotę, dnia 14. program ten sam; ponadto w godzinach popołudniowych spowiedź w kościele polskim przy Rennweg 5a. dla uczestników Kongresu. W niedzielę, dnia 15. o godz. 7. generalna Komunia św. w kościele polskim z przemową jednego z Księży Biskupów. O godz. 10. wyruszy uroczysta procesya z Kościoła św. Szczepana. W razie niepogody uroczyste nabożeństwo i procesya u św. Michała. Popołudniu wycieczka na Kahlenberg.

Osobne zebranie odbędzie się dla Pań polskich, dzień i godzina będą naznaczone później.

Uprasza się o rychłe zgłoszenia liczby biletów.

Cena karty na wszystkie posiedzenia wynosi 6 kor. bez książki pamiątkowej, Kto płaci 10 kor., otrzyma książkę pamiątkową w języku niemieckim.

Ważne jest także wczesne zgłoszenie liczby uczestników dla sekcyi mieszkaniowej.

W procesyi Eucharystycznej mogą brać udział tylko mężczyźni, podzieleni na grupy narodowe; w każdej zaś grupie połączą się wszystkie stowarzyszenia tej narodowości i poszczególne osoby. Niewiasty będą tworzyły po drodze pochodu szpaler pomiędzy pochodem procesyi a kordonem policyi. Panie i panowie mogą otrzymać miejsce na trybunie po 7 lub 10 koron.

Karta jednodniowa kosztuje dwie korony i, zarówno jak karty powyższe, uprawnia do jazdy zniżonej na wszystkich kolejach o 50 procent. Bilety o zniżonych cenach mają wartość tylko od 5. do 20. września.

Księża winni przywieść ze sobą komżę, biret, humerał i puryfikaterz.

* * *

Niniejszą odezwę winni XX. Proboszczowie ogłosić ludowi z ambon w najbliższą niedzielę i zaznaczyć, że ci, którzy zamierzają wziąć udział w kongresie, winni się zgłosić do centralnej kancelaryi kongresu we Wiedniu (Zentralkanzlei des eucharistischen Kongresses Wien I. Stephanplatz 5) i przesłać pieniądze

na kartę udziałową zwłaszcza wtedy, gdy kto chce mieć zamówione mieszkanie przez mieszkaniowy komitet wiedeński na czas kongresu. Zgłoszenia te o mieszkania przyjmować będzie centralny komitet do końca lipca b. r.

Wielebne Duchowieństwo zechce służyć zgłaszającym się nie tylko radą ale i chętnem pośrednictwem.

Karty uczestnictwa nabywać także będzie można „w biurze komitetu krajowego dla Kongresu Eucharystycznego Lwów, ul. Teatralna 3".

Również we Wiedniu będzie funkcyonować dla Polaków komitet polski pod kierownictwem ks. Jakóba Kuklińskiego, Rektora XX. Zmartwychwstańców. Adres: Biuro komitetu dla Kongresu eucharystycznego wiedeńskiego, Wiedeń III. Rennweg 5a. Polnische Kirche.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Instituti: R. Dni Głuc Josephus, Par. in Olszówka, ad benef. in Niedźwiedź et Dr. Kralisz Joannes, Coop. ad Eccl. cathedralem, ad benef. in Krościenko.

Constituti: A. R. D. Głuc Josephus, Par. in Niedźwiedź, admin. excurr. vac. benef. in Olszówka, Kwarciński Joannes, Coop. in Witkowice, admin. vac. benef. ibidem et Dutkiewicz Florianus, Coop. in Rzezawa, admin. vac. benef. ibidem.

Praesentatus: R. D. Kwarciński Joannes, admin. vac. benef. in Witkowice, ad benef. in Kanina.

Pane emeritorum provisi: A. R. Dni Kobiela Joannes, Par. in Tropie et Rączka Franciscus, Coop. expos. in Ochotnica dolna.

Curat valetudinem: R. D. Bartoszewski Andreas, Coop. in Krużlowa.

Piis ad aram precibus commendantur:

anima p. m. Szczudło Francisci, Par. in Witkowice, qui die 15. Maii pie in Domino obdormivit. Societati precum adscriptus.

p. m. Rutkowski Adalberti, Par. in Rzezawa, qui die 3. Julii pie in Domino vita functus est. Societati precum adscriptus.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 3. lipca 1912.

Ks. Dr Władysław Mysor
Kanclerz.

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.